

Arias.
Græcus.

in horribili tempestate. Arias. Ascendit sublime in cælum Græcus. Et ascendit in procella, vel in concussione.

44.

D. Ambr.
D. Gregor.
Abulen.
Serarius.

Hic corrus, quo Elias fertur, ex nubibus fuit formatus ab Angelis, ipsi Angelis ductum præbentibus, ut docent Divus Ambrosius serm. 2. de Eliseo. D. Gregorius Magnus homilia 29 in Evangelia sequuntur Abulen. quest. 17. Serarius & alii. Magnifico curru, & amplissimo apparatu fertur Elias ab Angelis, non sic legiunt nec de Henoch. Gen 5. num. 21. Nec cum Angelis portat Prophetam in uno capillo capitis sui ex Judæa in Babyloniam. Daniel. 14. num. 35. Nec de olo alio simile legitur. In curru ferebantur victores, & triumphatores; in curru, ac equis asportatur Elias, ut gloriosus victor; ac triumphator, non solum visibilibus hostium Baalitarum, sed etiam invisibilibus, ac omnium appetituum, ac voluptatum, ut semper ejus spiritus in puritate ac sanctitate Deo ferviret.

Genes. 5.

Daniel. 14.

D. Ambr.

D. Ambrosius serm. 2. de Eliseo, & ait Elias Magister Elisei, nonne Angelis ducentibus raptus ad cælum est, & quadriga ignea impositus, quasi in quodam triumpho, victor ascendit. Victor enim extiterat, non gentium barbararum, sed secularium voluptatum. Si quidem graviore iniqui sunt pravi mores, quam hostes infesti, ut facilius intelligamus, hoc tempore malignitatem hostium vinci posse, quam morum. Magni, & gloriosissimi extiterunt in Orbe victores, & triumphatores, Alexander Magnus, Julius Cæsar, Pompejus magnus in suis curribus triumphalibus, de barbaris, ac variis gentibus triumpharunt sed super hos omnes gloriosior, triumphator Elias, qui non solum reportat trophæum de barbaris gentibus, sed etiam de se ipso, ac suis affectibus, ac appetitibus: Si quidem graviore sunt pravi mores, quam hostes infesti.

45.

D. Chryf.

D. Chrysostomus homil. de Ascensione Eliae, sic ait, Deus Rex regum Eliam suum torse corpore, & anime devotione zelantem, post multorum laborum sudores, post dirarum persecutionum gravissimas fatigationes, post tantorum bellorum magnas, illustresque victorias, optima de mundo, & diabolo spolia referentem, igneo curru atque equis flammantibus impositum, triumphali gloria præfulgente, ad sua regna voluit pervenire. Elias multos labores, pugnaque: contrarietates, ac persecutiones, bellorumque confidus contra hæreticos sustinuit, ac gloriosè superavit, magnaque spolia de mundo, ac diabolo reportavit, ac magnas persecutiones, quales nunquam fuerunt ab initio mundi sustinentes, ac vincende destinabat; tantum ergo gloriosus victor non communi cum aliis, sed valde pomposo ac magnifico apparatu triumphali curru ac igne fulgente fertur in cælum.

46.

D. Chryf.

Merito tamen dubitabis, quia ut diximus ex communi sententia, curru hic formatus est ab Angelis ex nubibus; cur ergo non præsentiam nubium ac colorem cæruleum ostendit, sed igneum? Ad quod responderi potest, D. Chrysostomus homil. 1. de Elia; igneus enim curru congruebat igneo Elia animo ad eum vehendum in cælum. Elia animus totus ignitus era in zelo, charitate, ac amore Dei. Surrexit Elias Propheta quasi ignis & verbum ipsius quasi facula ardebat. Tam lucens, ac ardens erat

Elias zelo, ac amore Dei, ut pro sua vi, ac efficacia non verba, sed flammam eructare videretur. Et verbum ipsius quasi flamma ardebat. Sec. Hebr. 1.

enndd, quia ignis est Symbolum Angelorum ac ministrorum Dei; juxta illud Pauli Hebr. 1. num. 7. Qui facit Angelos suos spiritus & ministros suos flammam ignis. Ut autem cunctis fiat manifestum, quod Elias sit tanquam quid Angelicum, ac verus Dei minister fertur in flammeo curru. Hinc D. Chrysostomus homil. de Elia, ait de ipso: Elias Angelus terrestrius homo celestis. Quod manifestè apparet, dum curru igneo fertur: nam ignis consumit, & devorat, quidquid est terrestre, ambit, & monit id, quod est celeste, ut ex Chrysostomo dixi supra, q. 1. n. 5. Tertiò, ut ostendatur Elias ignis imperator, ac omnium elementorum Dominus ut dixi supra in hac q. n. 18.

Hebr. 1.

D. Chryf.

47.

Optimo jure quæres. Fertur Elias curru igneo, & equis igneis, quisnam erit auriga istius currus, à quonam regebatur? Respondent Abul. Vatablus, Serarius, Salianus, & alii quod erat Angelicus quidam, sed cur hic non exprimitur, sicut corrus, & equi declarantur. Inde dicendum existimo, quod auriga istius currus erat ipsemet Elias; quoniam currus ferebatur, in cælum nempe, & ad viam dirigendam ac ostendendam in cælum, nullus melior auriga, & ductor, quam Elias; & ideo nec Angelus nec alius erat necessarius. Auctor mirabilium Scripturæ apud D. August. lib. 2. cap. 12. Jamque Elias curru igneo receptus velut ad cælum considerante Eliseo via rapitur.

Abulen.
Vatablus.
Serarius.
Salianus.

48.

Ascendit Elias per turbinem in cælum. Ecclesiasticus habet: Qui receptus es in turbine ignis. Septuaginta: In commotione. Vatabl. In procella ignea. Alij: Ascendit in horribili tempestate. Ad quid, dum Elias fertur in cælum tanta omnium rerum commotio, tam horribilis ventorum tempestas; Cum Deus descenderet in montem Sinai ad loquendum cum Moysè; ait Textus: Et mane incaluerat, & ecce coperunt audiri tonitrua, & micare fulgura & nubes densissime operire montem, clangorque buccine vehementius perstrepebat. Exod. 19. n. 16. & Regius Hebr. 12. n. 18. dicit: Ignem, & turbinem, & caliginem, & procellam, Et statim subdit Text. n. 15. Totus mons Sinai fumabat. Ad quid cum Deus descendit in monte; tot commotiones, omnia elementa conturbantur; terræ motus fiunt, ær caligine obtenebratur, aqua procella diffunditur, & ignis undique fulgerat. Ad quid omnia conturbantur. Tanta est Dei adventus majestas, ut omnia tanquam famulantia, ac obsequentia, dent signa eo modo, quo possunt ad venerandum suum Dominum. Philo lib. de Decalog. ait: Oportebat ad Dei adventum turbare mundum omnibus suis partibus, & exire ad ministerium. Quid est, quod Elias non sereno, ac pacato aère, sed per turbinem commotionem, procellam igneam, ac terribilem tempestatem ascendit in cælum. Tanquam si omnia elementa, ær conturbatione, terra commotione, ignis in procella ignea, aqua diffusa tempestate horribili, darent famulatum, & venerationem Magno Elia tanquam eorum dominatori, ac imperatori, ut dixi in hac questione.

Ecclef. 48.
Septuag.
Vatablus.

Philo.

49.

Quartum decimum Elia donum, ac prerogativa. Quod designatus sit tanquam Apostolus in ultimis

14. Donum.
Elia.
Marth. 17.

ultimis temporibus adventurus, ad restituenda omnia, Marth. 17. Qui scriptus es in judiciis temporum lenire iracundiam Domini, ut jam dixi superiori quaest. num. 6. Tunc enim advenit Elias, suis meritis, sua prædicatione; doctrina, ac exemplo ad tam terribili tempore, placandam iram divinam, propugnans ac custodiens Ecclesiam, confirmans in fide, ac corroborans electos; destruens in infidias Antichristi, & denuntians proximum Christi adventum. Inde dicitur Psalm. 96. num. 3. Ignis ante ipsum procedet; Elias nempe de quo dicitur Ecclesiast. 48. num. 1. Surrexit Elias Propheta tanquam ignis.

Psal. 96.

Ecclef. 48.

50.

1. Corinth.

4. Intelin.

Glossa.

3. Brauus.

Mag. Sent.

Hogo.

D. Ambr.

D. Anselm.

51.

1. Corinth.

52.

D. Thom.

Munoz.

Malveda.

53.

Tertullian.

Et tunc Elias, & Henoch, denuntiantes Christi adventum munere Apostolico fungentur. Ait Paulus 1. Corinth. 4. num. 9. Puto, quod Deus nos Apostolos, & novissimos ostendit. Per novissimos Apostolos Eliam, & Henoch intelligit. Sic interlinealis, Apostolos novissimos similes Elia, & Henoch. Similiter interpretantur Glossa ordinaria, S. Bruno, Magister Sentent. Cardinalis Hugo, & præ cæteris audiendus est D. Ambrosius ad citatum locum Pauli: Hoc ideo, ait, persone suæ deputat, quia semper in necessitate fuit, persecutiones, & pressuras ultra cæteros passus, sicut passuri sunt Elias, & Henoch, qui ultimo tempore futuri sunt Apostoli: mitti enim debent ante Christum, ad preparandum populum Dei. Similiter D. Anselmus, Puto, ait, & pro certo scio, quod Deus hos Apostolos novissimos ostendit mundo quibus nulli succedent: Apostoli tam perfecti, tam necessarij saluti hominum, quales apparebunt in novissimo tempore Elia, & Henoch, quos Deus reservat, ut filios Israël ab Antichristi seditione liberent, hos ostendit novissimos, id est illis novissimis præconibus similes.

Videns Apostolus Paulus, quod inter Corinthios multi versabantur, qui perverso, ac diabolico animo contra ejus Apostolorum detrahentes insurgent, ut suam Apostoli dignitatem tueretur, ait: Puto quod Deus nos Apostolos novissimos ostendit, ut multas contrarietates, ac persecutiones pro prædicatione Evangelica sustineam, ut etiam sustinebunt Elias, & Henoch prædicantes contra Antichristum, qui tanquam Apostoli præcedent adventum Christi ad judicium, & ut etiam destruant Antichristum.

Quia tria, quæ juxta D. Thomam requiruntur ad munus Apostolicum, maxime fulgebunt in Elia, & Henoch, qui magnis signis resplenderunt illuminantes totum orbem per se, ac suos discipulos, ut satis latè, & doctè probant M. Petrus Munoz, malveda, ac multi alij, quos citavi tom. 1. in Apocal. cap. 11. quest. 9. n. 70. 71. 72. 73.

Quintum decimum Elia donum, & prerogativa, ut sanguine suo Antichristum perimat, & occidat, sic ait Tertullianus lib. de Anima cap. 50. Henoch, & Elias, ait, morituri reserantur, ut Antichristum sanguine suo extinguant. Res nova, & inaudita, sanguinis hominis demortui, hominem vivum, & toto in orbe imperantem potest perimere, ac occidere! ô magnum donum, ac prerogativa sanguinis Elia, et si sanguis ille esset mortuus Sylvæira Opuscula.

tuus ad vivificandum corpus Elia ad actiones ac operationes vitales vivendi, audiendi, ac loquendi; At verò ut flammeo zelo Ecclesiam Dei custodiat, ac ut omni modo pro illa propugnet, destruat ejus adversarios; omnimode vivus erat; tam alte, ac efficaciter in illò sanguine erat sigillatum, ac impressum Ecclesiam Dei custodire, ac pro ejus defensione stare; & contra ejus adversarios pugitare, ut inde fieret quod & si sanguini illi desit vita ad vivificandum corpus Elia ad functiones vitales, tamen fieri non potest, ut sanguini illi desit vivacitas, ac generositas, ut Ecclesiam Dei custodiat, ac pro ea bellum gerat, ut omnes ejus contrarios interficiat, & perimat, ut sanguine suo Antichristum extinguat. Ut Christi fideles vivant, & qui erroribus Antichristi sunt decepti, agnita veritate ad salutem, & vitam veniant.

Aliqualem odorem, umbram, ac vestigium videtur participare sanguis Elia à sanguine Jesu Christi; mortuo meo Jesu pendente in cruce unus militum lancea latus ejus aperuit, & continuo exiit sanguis, & aqua. Joan. 19. num. 34. D. Cyprian. D. Augustin. ut dixi tom. 5. in Evangelia lib. 8. cap. 20. quest. 11. n. 65. Augustinus inquit: A latere illo Sacramenta Ecclesie manarunt, sine quibus ad veram vitam non intratur. Sanguis in corpore mortuo nec dat alimentum; nec nutrimentum, quomodo fieri potuit, ut à corpore mortuo exiret sanguis emanans salutifera Sacramenta? Et si sanguis ille sacratissimus mortuus esset in corpore Christi ad vegetandas vitales facultates vivendi, audiendi, ac loquendi, vividissimas tamen erat in supremo, ac altissimo gradu vitæ, ut profunderet salutifera, ac vivifica Sacramenta ad alimentum, ac nutrimentum suæ Ecclesie; quibus filij ejus producerentur ad vitam, & custodirentur ab omni malo. De sanguine Elia dicitur, Mortui reserantur, ut sanguine suo Antichristum extinguant. Et si sanguis in corpore Elia defunctus haberetur ad spiritus animales ministrandos, valde tamen vitalis est ad custodiam, & protectionem Ecclesie, ut interficiat crudelem ejus inimicum, ut inde omnes agnoscat veritatem, & Christum Jesum adorent, ut producantur in vitam, & salutem æternam.

Ex quo fit, quam gratissima sit Deo ablatio mortis Elia, cum interfecto Antichristo multorum pariat salutem, & vitam convertens corda Patrum in filios, & corda filiorum in patres eorum, Rectè Elia dicitur à Tertulliano lib. contra Marcion. cap. 22. Consummator novi Testamenti. Christus D. fuit principium, ac initium novi Testamenti, qui suo præciosissimo sanguine nos redemit, ac filios Dei adoptivos, coheredes regni Dei effecit Consummator novi Testamenti est Elias, qui in fine mundi venturus, ut omnes sua prædicatione ad Christum Jesum adducat, ut omnes ipsum ut verum Deum recognoscant, ac adorent.

Decimum sextum donum, seu prerogativa Elia, quod in mysterio Transfigurationis vocatur ad Consilium cum Christo in magna gloria: Ecce duo viri loquebantur cum eo. Erant autem Moyses, & Elias visi in majestate, & dicebant excessum ejus, quem complecturus erat

54.

Ioan. 19.
D. Cyprian.
D. August.

55.

Tertullian.

56.
16. Donum
Elia.

Luc. 9.

Rom. 11.

D. Bernard.

D. Ambros. Tertullian.

Math. 17. Tertullian.

57. D. Lucas. Syriacus.

Isai. 40.

Forerius.

Apocal. 11.

Astor. 1.

Astor. 10.

D. August.

in Jerusalem. Luc. 9. num. 30. 31. vocatur Elias in consilio, ut late dixi ex communi sensu sanctorum Patrum tom. 4. in Evang. cap. 8. quest. 12. 13. Et quomodo vocatur in consilio; Cum Apostolus dicat Rom. 11. v. 34. Quis Constitutus eius fuit? Tamquam si dicat, nullus, aut rarus, ut exponit D. Bernard. epist. 107. & non vocatur ad hoc consilium Seraphim, Cherubim, spiritus pleni scientia; vel alii ex ordine spirituum Caelestium, nec vocatur ex hominibus pius & innocens Abel, nec Jeremias sancti ficatus in utero matris, nec Abrahamus Pater fidei, ut ait Apostolus, ac ornamentum omnium virtutum, ut ait D. Ambros. sed vocatur Moyses, & Elias. Tertullian. lib. 4. contra Marcion. c. 23. ait. Vixit est Christus gloriam suam communicare cum principalibus suis. Vocatur isti duo tanquam primi, & principales tam in ordine Angelico, quam humano; & ideo tantum honorantur à Christo, ut veniant in Consilium supremi & altissimi negotii, redemptionis nempe generis humani, & cui nullus ut Constitutus, hos servos suos ita vult extollere, ac sublimare ut eos habeat in Consilio. Ait Petrus ad Jesum: Domine si vis, faciamus hic tria tabernacula; tibi unum, Moysen unum, Elia unum. Quae verba expendens Tertullianus alibi datus adversus Psychicos c. 6. quid. ait, tu Elia hic; Tanta est circumscripti virtus prerogativa, ut Deum praestet homini conubertalem patem reverentia pari. Expende magnam exaggerationem, Patrem reverentia pari.

Vixit in maiestate addit D. Lucas, Syriacus, vixit in gloria Considera quam magnus, & excelsus sit Elias, ut coram supremo Domino Christo Jesu, ad cuius praesentiam, ut ait Isaias 40. n. 17. Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum, & inane, reputate sunt ei. Quasi nihilum. Forerius legit Plasmam nihilum. id est quid inferius nihilo, tamen Elias in tanta estimatione reputatur, ut coram supremo Domino appareat in gloria, & maiestate; Saepè Angeli apparuerunt hominibus, ut Abrahamo, Agar, Jacobo, Moyse, Josue, Gedeoni, ac Davidi, tamen absque aliquo pomposo apparatu, ac Elias cum gloria, & maiestate, ut hic in praesenti, in caelum fertur tanquam triumphator in curru igneo, de quo multa dixi in hac quaestione, Dono 13. Et quando symbolice de ipso agitur, ac Menoch. in Apocalypsi 11. n. 4. valde magnifice celebratur: Hi sunt duo Olivae & duo candelabra in conspectu Domini terra flantes. Lucent, & resplendent, non tantum coram hominibus, sed etiam coram Domino; cum Antichristus occiderit eos post tres dies resurgent: Et audierunt vocem magnam de caelo dicentem: Ascendite huc, & ascendentur in caelum in nube & viderunt illos inimici eorum Apocal. 11. numer. 12. Valde gloriose in caelum ascendunt, ad similitudinem, ac imitationem Christi, ut ibi satis explicavi q. 14. & maxime notandum; quod Christus ascendit in caelum videntibus illis. Hoc est ferè centum viginti, Astor. 1. num. 15. Quia ut ait Petrus Astor. 10. num. 40. Dedit cum Deus manifestum fieri non omni populo, sed testibus praedictis à Deo. Unde ait. D. Augustin. Tractat. 76. in Joan. vers. ultimo. Suscitatum

Christum nemo impiorum vidit. At suum servum Elia ita voluit Christus sublimare, ac exaltare, ut etiam videntibus omnibus, ac eius inimicis ascendat in caelum tam ad majorem gloriam eius, quam ad confusionem ipsorum inimicorum.

In hoc admirabili Transfigurationis arcano tantisper subsiste Lectori: Assumpsit IESUS Petrum, Jacobum, & Joannem fratrem ejus, & transfiguratus est ante eos, Math. 17. num. 1. Math. 17. Commune habuit, cur ex omni Apostolorum collegio hos tres elegit, de quo multa dixi tom. 4. in Evangelia c. 8. Nunc etiam non incongrue dicam, in his tribus tria substantialia religionis vota deponabantur: in Petro obedientia, in Jacobo Paupertas; in Joanne castitas. Inde praeter hos tres ad tantam gloriam advocat, ut ipsa tria Religionis vota maxime nobilitaret, ac condecoraret; inde consequens erat, ut Elias in maiestate appareret. Luc. 9. num. 30. Si enim tanta gloria condecorabatur tria Religionis vota; etiam Elias illorum actor, & institutor, multa debuit maiestate insigniri, ac resplendescere, cum Deus esset daturus legem, multa, & magna signa praecesserunt. Totus mons fumabat; ecce ceperunt audiri tonitrua; & micare fulgura; & nubes densissima operire montem, & clangor buccinae vehementius perstrepere. Exod. 19. num. 16. Insuper cum Moyses descenderet de monte ferens legis tabulas Ignorabat quod cornuta esset facies sua. Exod. 34. Exod. 14. num. 29. Chaldaeus ignorabat, quod multiplicatus esset splendor glorie vultus sui. Quando Deus daturus erat legem, quod tot signa maiestatis radiarent, bene intelligitur, ut Deus nobilitaret suam legem, & ut à se datam, ut ait Procopius Gazaeus: Fulgura visibantur in monte Sina, quae erat typos Divinae lucis, & splendoris in lege. Sed ad quid etiam in vultu Moysi tanta gloria fulget? si Deus tot radiantibus maiestatis signis, voluit legem nobilitare, ac condecorare, sic etiam & illius promulgatorem, ut inde nobilitas legis magis resplenderet.

Decimum festinum donum, ac prerogativa Elia quod ante communem resurrectionem corpore, & anima ferat in caelum tanta gloria, ac maiestate; ad quod respondet D. Thomas citato loco Apocal. 11. n. 12. & ascenderunt in caelum in nube, ait Angelicus Doctor: Hoc erit, quia nobilitavit eos Dominus hoc privilegio, ut ante alios resurgant propter prerogativam gratiae, & meritum in speciali testimonio, in vita, doctrina, & martyrio, sub tempore eam acerba persecutionis, sicut privilegiati fuerant, & prius in longitudine vitae, & loco, & modo vivendi. Tam praeterea, & excelsa merita, vita, doctrina, zelo, ac martyrio non fuerunt remuneranda cum aliis, sed valde anticipare, & peculiari, ac particulari modo, & tempore. Anima separata à corpore tribus diebus jacuit corpus Christi in sepulchro, & postea gloriose resurrexit. Math. 12. num. 40. & 28. 1. ad similitudinem filii sui anima separata à corpore jacuit corpus Sacratissimae Virg. Mariae in sepulchro tribus diebus, & tertia die, anima unita corpori gloriose resurgens, manifico, ac pomposo apparatu ascendit in caelum, ut docent D. Athanas. ferm. D. Athanas. de

58.

Luc. 9.

Exod. 19.

Exod. 14.

Chaldaeus.

Procopius.

59.

17. Donum.

Elia.

Apocal. 11.

Math. 12.

Math. 28.

D. Athanas.

de

Sophon. D. Damasc.

60. 18. Donum.

Maria de Iesu.

D. Cyrill.

61. 19. Donum.

Zach. 4.

Tychon. D. Cyrill. Ribeira. Sa.

Malveda.

Isai. 5.

Chaldaeus.

Alli codices.

Malveda.

de Dei para Sophronius epistol. de Assumptio. ne Virg. D. Damascen. Orar. 2. & 2. de Dormir. Virginis, ad huius rei umbram honorat Deus servum suum Elia, ut post triduum cum dimidio animae separata à corpore ei reniatur, & ipse gloriosus triumphator in nube ascendit in caelum.

Decimum octavum Elia donum, & prerogativa. Tanta Divina gratia, ac caelesti favore insignitus est, quod cum Christus Dominus in ultima caena sacram Eucharistiam institueret, eamque per suos Apostolos in pignus sui amoris distribueret, etiam praesentes aderant Elia, & Henoch, qui cum Caeteris Apostolis è manibus Christi caeleste pabulum acceperunt, ut revelatum fuit venerabili Maria de IESU ex Seraphico Ordine sancti Francisci, & referitur in ejus vita. ac à gravissimis Patri. bus sacrae Societatis Jesu, de quo laus dixi Opusculo 2. Resol. 33. quest. 4. quod totum a. ta, & admirabili Divina providentia ordinatum est; nam si Deus volens ostendere suam supremam charitatem, ut ait Notter D. Cyrill. in Ioan. erga suos Apostolos, sua propria carne, ac sanguine eos alimentavit, hanc tantam gratiam, quam praesentibus Apostolis exhibuit, voluit etiam novissimis, & ultimis Apostolis Elia, & Henoch communicare; nam si praesentes Apostoli tam illustri gratia condecorabatur; quia hoc divinum mysterium praedicatorum erant per totum orbem, conveniens etiam erat, ut illius participes fierent, quorum zelo, praedicatione, ac industria tam admirabile mysterium contra Antichristum perseverantem erat in orbe; vide tom. 3. c. 31. q. 16. n. 102. 103. &c.

Decimum nonum Elia donum, ac prerogativa; quod à Deo designatus sit tempore Antichristi tanquam munimen, ac stabilimentum totius Ecclesiae, cum magna utilitate, ac fecunditate fidelium. Ostenditur Zachariae Prophetae candelabrum aereum, simulque erant due olivae; ad dexteram candelabri, & ad sinistram ejus, Zachar. 4. num. 15. Per candelabrum intelligitur Ecclesia Catholica. Ita Tychonius homil. 8. in Apocal. S. Cyrill. Alexandrin. ibi, & etiam Ribeira, Sa. Malveda citandus, quaerit tamen Propheta ab Angelo, quidnam erant illae due olivae: respondens ait: Isti sunt duo filii olei, qui assint dominatori universae terra, ibid. num. 14. Elia, & Henoch hebraice phraze dicuntur filii olei. Quae denotat pinguem, fertilem, uberem, optimam.

Isai. 5. num. 1. Terra Iudaea appellatur carnes filii olei; id est, pinguis fertilis; ut transferunt Chaldaeus, & Septuaginta; dicuntur ergo Elia, & Henoch filii olei id est omnibus divinae gratiae unguentis affatim perfusi, & delibuti, spiritusque pinguedine fertiles tam in se, quam erga alios, quos sua praedicatione replent. In aliquibus codicibus vulgatae editionis habetur. Isti sunt duo filii olei splendoris. Quia in tam densis tenebris errorum, ac falsitatis; maxime in omni virtute, ac sanctitate splendent. Dicuntur ad dexteram, & sinistram. Malveda tom. 2. de Antichristo, lib. 10. cap. 18. §. quod vero. Isti nempe duo filii olei Elia, & Henoch in illo periculo tempore utrumque brachium, ac manum Ecclesiae magno robore, fidelique ministerio sustentabunt. Ad plan-

tandam fidem Evangelicam, multos praclarissimos viros elegit Christus; de quibus dicitur per Abdiam, vers. 21. Ecce ascendens salvator in montem Sion. At ad sustentandam ipsam fidem in summa persecutione, qualis non fuit ab initio, nec erit, hi duo magni viri destinantur.

Vigesimum Elia donum, & prerogativa, quod tam magifico nomine appellatur, & dictus sit Elia, quod idem valet, ac Dominus Deus; de quo multa dixi tom. 3. in Evangelia c. 31. q. 12. n. 72. 73. & 74. Vigesimum primum Elia donum, ac prerogativa, quod magifica morte insignitus sit, dum crucifixus moritur in monte Calvario ad Christi imitationem, ut dixi tom. 1. in Apocal. cap. 11. quest. 2. n. 167. D. Thom. & q. 22. n. 177. ex mente D. Thomae Vigesimum secundum Elia donum, quod maxime illustre, lumnosus sit magno cognitione caelestium mytheriorum, magnisque revelationes à Deo accepisse, de quo dicam quaest. sequenti. Vigesimum tertium donum Elia, quod magnis elogiis celebretur ab spiritu sancto in scriptura, & à sanctis Patribus in suis scriptis de quo infra quaest. 4. Vigesimum quartum, Elia Magnus, & eximius Praedicator. Nam quidam praedicabant cum aliis populos praedicatione instruebant: At Elia tam ferventi spiritu praedictus est, ut tunc praedicaret, quando reliquus est solus, & nullus audebat pro Deo facere; vide tom. 3. c. 31. q. 15. n. 93. 94. & 95. & seqq. Vigesimum quintum Elia donum, ac prerogativa, quod cum vororum vinculo pios hominibus viam in caelum ostendit; de quo late infra Resol. 3.

62.

20. Donum.

21. Donum.

22. Donum.

23. Donum.

24. Donum.

25. Donum.

QUESTIO III.

Eliae maxime nobilitatur divinis revelationibus, ac cognitione caelestium mytheriorum. Nubecula parva.

SUMMARIUM.

- 63 Orandum in secreto.
 - 64 Elia habuit revelationem purae Conceptionis Virginitatis Mariae, & n. 65. & 66.
 - 67 Virgo sacratissima Christi vestigiium.
 - 68 Virgo sanctissima valde peculiariter à Christo redempta.
 - 69 Elia habuit revelationem de mysterio Eucharistico, & n. 70. & 71.
 - 72 Elia illustratur lumine Divini spiritus.
 - 73 Elia in monte Carmeli docebat, ac praedicabat.
 - 74 Elia in multis, figura; ac typos Christi, & num. 75.
 - 76 De ratione Prophetae est, quod intelligas sensum illius, quod dicit, ac facit.
 - 77 Tamen ad rationem Prophetae non pertinet intelligere omnes sensus ab spiritu Sancto intentos.
- Eliae ut magnus Propheta intelligebat mysteria, quae in suis factis denotabantur, ibidem.*

IN hac quaestione quatuor dicam, duo satis communia, & duo satis peculiariter. Cum

P. 4 Elias